



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De illis foeminis quæ abortum fecerint. Ix.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

D.BVRCHARDI. EPIS. VVORMAC.

occisus sit ipse infans vel suffocatus, an propria morte defunctus: non debent inde securi esse, nec sine poenitentiis ipsi parentes, sed tamen in eis consideratio debet esse pietatis, vbi non voluntas, sed euentus mortis causa fuit. Si autem eos non latet ipsos eius esse interfectores, scire debent grauiter se delinquisse, quod in Ancirano concilio probatur. Quidam autem trium annorum poenitentiam horum iudicant esse debere: quorum unum ex his exigunt in pane & aqua atque se ab omni luxuria tempore penitentiae suae custodiat.

*De illis feminis quae abortum fecerint. Cap. LX.*

*Ex poenitentiali  
Romano.*

**S**i qua mulier abortum fecerit voluntariè, tribus annis poeniteat.

Finis Libri decimoseptimi.

# D. Burchardi

ECCLESIAE VVORMACIENSIS Episcopi, de Visitatione infirmorum, Decretorum Liber XVIII.

ARGUMENTVM LIBRI.

Liber hic infirmos à presbyteris visitandos esse, & quod ad hanc visitationem requirantur, edocet.

**C**VM sacerdos audierit aliquem infirmum in sua plebe, citò ad eum perget, & ingens cubiculum aquam benedictam super eum, & per omne cubiculum asperget, canticis antiphona: Asperges me domine, & verbu: Exurgat Deus & dissipentur inimici, &c. Deinde dicationem: Deus qui sacerdotibus tuis tantam gratiam Deinde cantet septem Psalmos cum precibus pro infirmis. Deinde Iithaniam cantet. Post hæc omnes iubeat extra